Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Sapor Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

plenitudine tui gaudij ; ſaltem eam non adime: fac
ardeat ſemper , & flagret cor meum deſiderio m
ſitque talis hæc ſitis , ut omnem aliam ſitim abſter
Sitio Domine, ſitio ſitim: cupio ſitim tuam habere, &
ea ſemper creſcere, donec ardor ejus conſumat hanc
tam brevem, & in æternum permutet.

CONSIDERATIO XLVI.

AMOR DEI,

Sapor DEI.

GAudet cor veri amatoris, in amando Deo ſua dul-
cedine inexplicabili, ineffabili. Sentitur, & non co-
gnoſcitur: experientiâ, non intellectu percipitur: gu-
ſtatur, & non ſcitur, quid ſit. O ſapor Deitatis, dulcedo
paradiſi, ſuavitas infinita! *Saporem quidem ſentio,*
Bernardus, *dulcem adeò ſuavem adeò, & conſortantem*
ut, ſi perficeretur in me, nihil ultrà quærerem. Sed
tenere, & ruminare volo, & dijudicare ejus ſaporem,
ſtatim tranſit: O ſaporem generoſum, ô ſaporem vi-
ctorioſum! ſimul primum ingreditur animam, ex-
eo corde omnem alium affectum, ac deſiderium
terreni.

Da mihi, Domine, *victricem hanc delectationem*
hanc ſanctam ac divinam conſolationem, ut cum
portem victoriam de inimicis meis, purificem cor
ab omni eo, quod tu non es, & amplius creſcam in
ma tui divini Amoris.

Sed quis erit dignus tantâ gratiâ? Audi S. Bas
Qui nullam præſentis vitæ recipit delectationem,
illum quem diligit, medullitus ſuſpirat, ferventer
anxiatur, Qui ſe liberum, & remotum ſervat ab
delectatione mundi, quamvis licita, ſed non neceſſa
& omni ſuâ cogitatione, deſiderio, & affectu ſuſpirat
anhelat ad æternum, & ſummum Bonum, quod
amo

ui. Sapor mellis judicatur dulciſſimus omnium: is erit ſapor Divinitatis, quæ eſt infinita dulcedo, nita ſuavitas, communicata Palato animæ, & intimè etrans illam?

CONSIDERATIO XLVII.

AMOR DEI.

In amore proximi.

Nulla in re ita relucet Amor Dei, ut in amore proximi. Chriſtus aſcendens in cœlum, reliquit ſubſtitutum in terra, & vult, ut quod ſibi debemus, præſtemus proximo: *Quod mihi debes*, ait apud Auguſtinum, *huic ſolve: & quod huic feceris, mihi feceris.* Conſidera, quantum debeas Chriſto: non unam, ſed centum, & mille vitas ſi haberes. Has igitur omnes debes proximo tuo, cui Chriſtus debitum noſtrum totum transſcripſit, & transportavit; proximo ſolvendum eſt, quod Chriſto debemus.

Cum ergo neceſſitas aliqua proximi tibi occurrit, puta Chriſtum dicere tibi in corde; *Huic ſolve, quod mihi debes.* Et quid Chriſto debes? omnia: quidquid es, & quidquid habes: omnia ergo proximo debes expendere.

Conſiderabo ergo meos proximos, tanquam totidem vicarios Chriſti, totidem ſubſtitutos, totidem (ut ita dicamus) Vice Chriſtos, qui ſunt in terra loco Chriſti, ad exigenda ipſius credita. O quam male hactenus ſolvi Deo meo! Neſciebam obligationem, quam habui: quia non tantùm ex Caritate, ſed certo modo ex juſtitia debeo, quantum poſſum, ſatisfacere meo proximo. Amabo ergo Deum meum in ſeipſo, amabo eum in ſua imagine; impendam me ſervitio ejus, quantum potuero: præbebo manum proximo, offeram cor Deo.

CON-